Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



non fit et linguas in
fantium disertas fa
cit. Que nam est illa
generatio cui pater morien
do non cedit. quia non
eum uiuendo precedit.
ab omnibus locorum tempo
rumque interuallis. ab
omni distentione spaci
orum. quam uel in die
bus uel in corporibus sen
tire et sueuimus. Leuemus
ad eum quantum ipso iuuan
te possumus animam nostram.
si quomodo capere uale
amus. et natum non pre
uenientem qui gignit et
gignentem non subse
quentem. qui gignitur
patrem et filium. nec
pariter patres ~~patres~~
nec pariter filios et pa
riter eternos. non u
trumque generantem. neque
utrumque nascentem. sed
alterum sine altero non ui
uentem et patrem sem
piternum genuisse. et fi
lium sempiternum natum
esse. Cogitemus si uale
mus. si non ualemus
credamus. Non est quod
hic dicere uolumus. sed
tamen non longe positum
est ab uno quoque nostrum.
In illo enim uiuimus.
mouemur et sumus. Tran
scendimus et carnem no
stram in qua parentes
ante filios uiuunt. quia
ut filios possent gene
rare creuerunt et crescen
tibus filiis iam senescunt.
Non dum natis filiis pa
rentes uixerunt. quia et
parentibus mortuis filii
uicturi sunt. Transcen
damus et animas nostras. pa
riunt et ipse aliquid cogi
tando. quod secum habent
sciendo. sed possunt amit
tere obliuiscendo. quia